



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Laurentivs Episc. 14. Novemb.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

—**ss) 331 (ss)**  
lata & facilis est mundi via, at ducit sæpè sæpius ad in-  
fernū.

## S. LAURENTIVS Episc.

14. Novemb.

*Charitas non emulatur, non agit  
perperam.* S. Paul. 1. ad Cor. cap 13.

Parentem Laurentii nostri fuisse ajunt Mauritium inter Hyberniæ proceres latissimè imperantem. Ob id cùm oculi Regi Dermicio dolerent, Mauritius fidei suæ obsidem in filio, quem natu minimum & charissimum habuit, animum dedit. Et poterat suavissima pueruli indoles barbarum licet cuiusvis pe-  
ctus expugnare. Unus Dermicius Rex gratu-  
latus sibi est, quod ægrè denique patri in filio posset facere. Quare innocentissimam animu-  
lam vinciri jubet & in Insulam desertam aspor-  
tari squalore & sordibus reo utique quam ob-  
sidi similiorem. Subjecit ea res justas iræ fa-  
ces Mauritio, ut è satellitio regio duodenos etiam ipse vinctos abduceret morituro filio,  
nisi in tempore hic redderetur, omnes uni-  
parentaturos. Mitius proin habitus, & in sa-  
crorum hominum sinu eductus. Abbas Glin-  
dalacensibus, tum Dublinensibus Archiep.  
datus,

datus, denique à Pont. ad omnem Hyberniam legatus est. Ergo omnium primo mores Canonicorum in pejus prolapsos ad Majorum Regulam correxit, sui etiam severissimus Censor. Nam corpus cilicio vestivit, & tecum quotidie flagellari à familiari servulo voluit, carneque sibi, quo ad vixit, interdixit. Interim ex egentibus nunquam pauciores, Triginta quotidie convivas habuit, satis ipse jucundissimo hoc oculorum epulo pastus. Ultimum pacē pacisci inter Henricum Anglorum & Deriogum Hybernorum reges laborat, ab hot Hyberniā proscriptus, & in Normaniā moritur, reperit in exilio patriam.

*Ex Lipeloo.*

## M E D I T A T I O.

### *De Invidia.*

1. **C**hristiano nihil vitandum magis quam invidia ut potest quæ extinguat charitatem, humilitatem pellat, & animi perturbet tranquillitatem. Invidus inimicus est Dei, proximi, & sui ipsius: infelix est aliena felicitate & sibi, & aliis nocet magis. *Quicunque es invidus, nullius magis, quam tua salutis inimicus.*

2. Corporis, animi, fortunæ, & gratiæ bonis vulgo invidetur. Ast quæ dementia est, iis invidere, quæ frater noster, vel accepit à Domino, vel assiduo labore sibi comparavit? terrena quidem ipsius bona indigna sunt, quibus cupiditatis oculos Christianus adjicitur.

Hyber  
o more  
l Majo  
issimus  
, & te  
voluit,  
nterim  
riginn  
cundis  
Ultimo  
glorum  
rat, ab  
rtman  
am.

ciat, cœlestia verò humilibus, non invidijs concedun-  
tur.

3. Ut livor penitus exsiccatur, à fonte repetendus  
est, emanat autem ex superbia, & refrigerante chari-  
tate. Adhæc considera, quot ex invidia molestiæ?  
quot criminis? corpus exedit, mentem inquinat, fa-  
mam maculis aspergit. Infelix, bonos imitare, & bo-  
nis non invidebis, vel si non potes eos imitari, gaudie-  
saltem, & lætare, quod studeant sanctitati, & rectâ  
viâ currant ad cœlum; hâc lætitia in partem venies eo-  
rum virtutis. Bonos imitare, si potes, si non potes, colla-  
tare. Cyprianus.

## S. MACLOVIUS Episc.

15. Novemb.

*Securis ad radicem arborum posita  
est, omnis ergo arbor quæ non facit  
fructum bonum excidetur, & in  
ignem mittetur.* Matth. c. 5.

**M**iraculum an Maclovium dicam, cuius  
totæ vita prodigium fuit Festa Anastasi  
Christi dies ei natalis fuit, & eadem aliis in vi-  
cinia pueris XXXIII. qui, ne miraculum abef-  
set, omnes & singuli, cum adolevissent, unius  
cum Maclovio cœnobii religiosi effecti sunt.  
Puer adhuc ad littus cum dormiret, ne maris  
subita